

**Bernardino Telesio, *De rerum natura iuxta propria
principia***

Prooemium pag. 1 f. ratio – sensus

Calori, frigorigue [...] sentiendi [...] tributam esse facultatem I, 6 pag. 9 ff.

(Corporis partes quae sensoria) haudquaquam propterea tales factas esse existimetur, ut (quod organa praestare videntur) sentienti animae sentiendi facultatem quampiam, aut quampiam praebeant facilitatem; sed, quod manifeste agunt, ut externarum rerum viribus, et ipsis etiam rebus facilem, patentemque praebeant ingressum [...] Quoniam autem animal [...] e corpore spirituque compositum, et [...] qui in animali fit sensus unius spiritus est omnis [...] non omnes, quae superpositam attingunt carnem, sed eas modo quae¹ externarum rerum percipit vires, quae ad ipsum usque perveniunt. I, 6 pag. 10.

Cf. Campanella

Nec vero nisi caloris, frigorisque, aut alterius saltem, itaque et Coeli Terraeque, aut alterius proprius sit sensus, animalibus, quae ab ipsis constituta sunt, insit is ullus ; qui enim, quae, nec Coelo inest, nec Terrae, iis quae a Coelo, Terraque fiunt, indi queat facultas ? I, 6 pag. 11.

Sed (cogitandum) quod manifeste fit, crassitiam, quae a calore fieri videtur, non ipsius actione, sed ex accidente quopiam fieri. I, 6 pag. 11.

Solem a calore, terram a frigore constitutam esse, et quae agendi operandique facultates, spetiesque, et dispositio soli inditae sunt, a calore, quae vero Terrae, a frigore inditas esse omnes ; et entia omnia a caelo Terram oppugnante invertenteque, constituta esse. I, 1 pag. 2

Problème

Anima [...] forma corporis ut propriae materiae immersa – oder² substantia per se existens et corpori ut [...] proprio inexistenti organo V, I p. 177.

Aliam a spiritu e semine educto hominibus substantiam inesse ipso a Deo creatam et singulis infusam. V, 2, p. 178. *Preuve : contre l'intérêt du corps. Théorie et éthique, en direction du présent, passé et futur. Espoir d'une vie éternelle, puisque que, pris généralement (compensation du terrestre), c'est légitime, donc anima de Dieu.*

Deux âmes – Spiritus pour les fonctions du corps et [...]³ – impossible, donc : corporis ipsam universi, et praecipue spiritus formam fieri necesse est. *Comme ils sont spécifiquement différents des naturae*

¹ Nous signons ainsi les ratures à partir d'ici.

² Le *an potius*, question indirecte, est rendu par un *oder* avec interrogation directe.

³ Mot illisible.

Séparation
du *spiritus*
et de
l'*anima*

agentes, qui se combattent l'un l'autre, et qu'ils ont besoin de la matière pour exister, comme forma indépendants d'eux et du corps: corrupto corpore nihil ipsa corrumpitur. Ita que quoniam [...] recte Theologorum optimis corporis formam quidem, at praeinexistentibus formis super additam visam esse, existimare licet. *Erreur d'Aristote non pas d'avoir fait de l'âme divine, qu'il ne connaissait pas, la forma corporis, mais quod animam, quae e semine educta est, et quae sentit modo, motusque aedit, et spiritui veluti cognata est, corporis formam facit. En effet, l'âme inspirée par Dieu et utilisée comme correcteur éthique ; spiritui praecipue ut propriam formam inditam esse, pour, à l'instar d'autres formae surmontant les forces de leur matière, repousser les mauvais penchants du spiritus. – Perpetuo ubi animam corporis formam non esse contendemus, non de anima a Deo creata, quae corporis quidem universi, at spiritus praecipue forma visa est, positaque, sed de ea, quae a semine educta est, dicta esse, declaramus, profite murque. V, 3, p. 179 f.*

2 Telesio

Établir l'unité de l'âme en se demandant si les parties de l'animal – comme pour le ciel – diffèrent seulement a se ipso, ou si, c.-à-d. ex anima corporeque, ut forma et materia; ou si animalis corpus et partibus compositum sit, quae et specie, et dictis facultatibus omnibus bene a se ipsis differant, nequaquam unum id ens, et cuius universi una sit forma, naturaque una, sed entia tot sibi ipsis colligata, quanta unitaque esse, quot eius sint partes, quae specie a reliquis dictisque differant facultatibus, statuendum necessario erit; singulisque propriae formae, propriaeque dandae erunt naturae, veluti et entibus summe a se ipsis dissidentibus, terrae, aquae, caeloque ipsi, vinculis quibusdam sibi ipsis colligatis vel vasi cuiusdam inditis, sibi que ipsis immixtis V, 4, p. 180 f., car id sunt entia quod inexistens forma naturaque. V, 4, p. 180 f.

Itaque [...] animal non unum ens, sed e plurimis, longaque a se ipsis dissidentibus rebus veluti vinculis quibusdam sibi ipsis colligatis compositum est : nec e manifestis modo, sed e spiritu itidem, qui, quod nervoso [...] inexistit generi, et summa donatus est tenuitate ; nusquam conspicuus fit. *Toutes les parties, ce qui résulte de leur effet, différentes l'une de l'autre. V, 5, p. 183*

Itaque quoniam [...] nec una simplexque anima e semine educta corporis universi, nec diversae illius portiones diversarum huius partium formae videri possunt : utique res per se existens necessario dicta anima ponenda est. V, 6, p. 185.

Quae rerum vires nihil in nos agunt nihilque nos immutant, qualesuis eae sint, nullum sui sensum nobis faciunt ; sed eae modo nobis percipiuntur, a quibus patimur, et a quibus immutamur, p. 185.

Quae in animali sentit genus substantia corporea quidem, at longe tenuissima [...] sit, oportet (p. 188) : sentientem animam [...] spiritum omnino esse nervoso generi in-existentem. V. 10, p. 188.

Rapport entre l'animam e semine educta et l'an[ima] a Deo educta. Égards envers l'Église !

Question de l'unité de l'âme réduite à la question de l'unité qualitative du corps

Animal composé de parties: spiritus, Partie corporelle, invisible

Âme per se existens

Sensus par pati et immutari

Anima corporea, nervoso generi inexistens

Nervosum genus [ita constructum], *ainsi construit que le spiritus est apte à bien connaître, mais que d'autre part, empêché de se volatiliser, il est protégé contre des endommagements.* V. 11, p. 190 f.

Spiritus
localisé dans
le cerveau.

La masse principale du spiritus localisée dans le cerveau, et à partir de ses cavités elle dépend de toutes les autres parties; elle forme là pour ainsi dire la centrale. V, 12. S[eite] 191 ff.

Faculté
psycho-
motrice,
sensorielle,
intellectuelle,
une
substantia
tenuissima

Liquido utique patet, substantiam, cui motuum aedendorum facultas attribuenda est, longe tenuissimam, sibi que ~~omnem~~ ipsi continuam omnem, et non sibi ipsi modo, sed sentienti, intelligentique, unam, eademque esse oportere, p. 194. V, 13, 193 f.

L'ensemble
du spiritus
orienté
mécanique-
ment les
mouve-
ments des
parties.Mé-
canique.

Quos singulae (sc[ilicet] portiones spiritus) aedunt motus, iuxta universitatis decreta eos aedere, et non rationem moto, modumque, quo aedendi sunt, ab ea singulis praeberi, sed moveri omnino ab ea singulas existimare licet. p. 196. *La communication se produit comme celle du son dans l'air, occasionné par un coup.* V, 4, p. 195 f.

Modum porro, quo portiones singulae partes, quibus insunt, quibus collibitum est, agitent motibus, quo videlicet secum eas gestent, si exponamus, nihilo minus superflui simus, quam si et modum, quo partes ipsae circumposita tegumenta, quibus ipsae commoventur, commoveant motibus exponamus. V, 15, p. 197.

La question de
savoir
comment le
sp[iritus] opère
sur le corps
n'est pas un
problème,
puisque c'est
purement
mécanique

Contre Aristote qui pense que l'âme, corporelle, localisée, est mue et qu'elle meut corporellement, on ne comprend pas comment quelque chose de corporel est mû par un incorporel non mû V, 17, p. 198 f. At egressa, vel extincta anima ad terram decidere, et vel omni effuso sanguine, proprio nimirum onere immunito graviora fieri animalium corpora intuitus, substantiam viis iis inesse intelligere poterat, caelo similem, cognatamque; quae ad ipsum ut ad proprium locum, propriamque tendens universitatem, dum inest, sustinet illa, ad caelumque agit. p. 198.

L'âme, maté-
rielle, d'une
légèreté
démontrable
spécifiquement.

Matérialité cf. en bas p. 205, V, XXII contre Aristote.

3 Telesio

Etenim veluti civitas hominum coetus est, iisdem aut contiguis inhabitans in domibus, et veluti domo in una e multis composita partibus, sic et animal non aliud videtur, nisi animae corpori universo, eiusque partibus singulis inexistens. Et veluti in civitate princeps est locus, et princeps ibi sedes, quam qui vel per vices obtinet, quae ad totius civitatis salutem spectant, considerat, et quae geri oportet, mandat; nec vero domibus ea aut viis sed qui in eis degunt civibus, et qui non alia re ulla a principe differunt, nisi quod huic decernere mandareque, illis vero parere, et quae praecepta sunt exequi datum est, at neque civibus omnibus, sed iis modo, qui, ubi quid est peragendum, ibi sunt collocati; et qui, si satis non sint, et aliis, ut eo accurrant, mandat; et si res urget, ipse etiam aduolat princeps, sic et in animalibus pars est, in qua, quae residet anima, quae ad animalis conservationem

necessaria sunt, et providet, et peragi statuit, decernitque; non corporis partibus, et nihil percipientibus, et penitus immobilibus, et que si natura operetur, ad terram delabantur, et perpetuo immobiles ibi jaceant, sed sibi ipsi illis inexistenti, eique sui ipsius portioni, quae parti inest, qua propositus motus aedi optime potest; et ea, ubi satis non est, aliis opem ut ferant, mandat; et ipsa etiam, quae principem⁴ locum obtinet eo convolat universa. Ut id modo a civitate differre animal videri possit; quod qui in ea degunt cives, quique illam constituunt, eodem quidem omnes praediti ingenio, et homines omnino omnes sunt, et qui unum omnes videri possint, at separati a se ipsis, disiunctique, et singuli per se existentes: in animalibus, vero que inest anima nihil vere a se ipsa separata, divisaque, sed maxime sibi ipsi continua, maximeque unita, et una omnino, at quae tamen, quod diversis inexistit partibus, in multas divisa et ipsa videri possit. p. 209, V, 27.

Le spiritus
est une
substance de
l'âme.
Âme
corporelle,
divisible

Alexandre
Cf. corporel
(mémoire)

Non corporis universi [...] formam, sed spiritum in ventriculis, nervosoque genere contentum animae e semine eductae substantiam esse apertissime (mors) declarat. p. 210, V, 28.

(Anima) et corporea, et bene parti[bi]lis necessario ponenda est. p. 223, V, 28. *Alexandre*⁵ *contre la bio[logie]* d'Aristote.

Minus enim sensui repugnat, corporea in ente innumeras pingi imagines, quam in incorporeo unam modo. 227, V, 29.

Même l'âme
pensante est
corporelle.
Semblant de
tentative de
réconciliation
avec la
doctrine
de l'Église
(âme = *forma*
spiritus!)

Verum quia rationalis anima, dum in corpore inexistit, ab illo pendet ~~quodammodo~~ quodammodo, idcirco corpoream quadantenus eam nuncupare licet [...] itaque vel si anima, quae a Deo optimo Maximo creata, et hominum corporibus infusa est [...] quoniam dum corpori ea inest, non sola ipsa, et per se, nullaque spiritus ope, aut ministerio⁶ usa, intelligit, ratiocinaturque, itaque non statim, atque infusa est, nec aequae in omnibus ratiocinatur, sed spiritus ope, ac ministerio opus habet, qui motus, quibus a rebus sensu perceptis commotus est, proindeque et rerum naturas patefaciat ei omnes: utique (quod Sacrosanctae Ecclesiae visum est decretumque) corpori ea universo, et spiritui in primis in cerebri ventriculis contento, ut propria forma proprio subjecto indenda est. Nam iuxta ipsius caloris, tenuitatisque [...] longe diversissima fit ratiocinandi facultas [...]. Siquidem adeo intelligentia homines inter se, et manifeste iuxta diversam corporis universi et capitis praefertim⁷ cerebrique et spiritus amplius in eius ventriculis contenti naturam, magnitudinemque, et figuram, et ventriculorum etiam positionem cum differant, ratiocinandi facultas substantiae penitus incorporeae,

⁴ Weil lit *principi*.

⁵ Il s'agit d'Alexandre d'Aphrodise (vers 150-vers 2015).

⁶ Weil lit *misterio*.

⁷ Weil avait écrit *praesertim*.

nullique inhaerenti corpori attribui non potest : quae scilicet nihil id cum attingat, nullamque prorsus cum eo cognationem sortita sit, qui ab ipsius incommodis ne iuxta proprium ingenium recte operetur, impediri, retardarive queat, intelligere non licet. p. 227, V, 40.

4 Telesio

Ad entium natura constantium [...] constitutionem, corporae itidem moles afferenda necessario est, et tria omnino illorum principia ponenda sunt, agentes naturae duae, calor, frigusque, et corporea moles una. p. 7. Nullis ipsa, quae agentibus operantibusque naturis tributa sunt [...] viribus [...] donanda fuit, nec donata apparet ; sed penitus iners, ignavaque et veluti demortua facta est et obscura invisibilisque. *Ibidem* Moles ipsa non ullam ut actionem, ullamve propriam, ut aederet operationem, nec ut ens omnino per se subsistens esset, a Deo creata est, sed ut agentes operantesque naturas susciperet et ab inexistentibus iis in entia ageretur, quae ex ipsa facta apparent. *Ibidem*, I, 5.

(Téléologie ?; I, sans doute seulement par égard envers l'église, cf. en particulier 10)

Entia, quae subit, penitusque universa exuperat subit calor, laxa ea, fluida, tenuia, alba facit, et dum nihil is propriis in operibus languet, nihil scilicet ex iis elabatur, nihilque externo a frigore rejicitur retunditurve, qua ab ipso ea consistentia, dispositione, specieque donata sunt in ea perpetuo permanent. Frigus contra quae corripit, quantumvis mollia, fluidaque, durat omnia, compingitque, et ad crassitiam agit. Et materia nigra conspecta est ; et ubi non ea caloris copia ipsam subit, in cuius albedine ipsius nigredo lateat, non alba amplius, sed coloribus, qui album inter, nigrumque medii sunt ; et nigro etiam affecta colore fiunt entia, si materia, vel copia exuperat, vel adeo in se ipsam densata sit, ut inexistentis caloris speciem penitus obtegat. p. 25. I, 16.

Materiae dispositionum diversitatem iuxta maiorem modo, minoremve ipsius expansionem, constrictionemque intueamur, et summam illam crassitiam, hanc vero tenuitatem appellemus. p. 30, I, 19.

~~Nam ut~~ Animal, et planta spiritus est corpori, ut proprio tegumento, proprioque inclusus organo. Neque vero hoc de omni animali prolatum accipiat quis ; quandoquidem [...] in homine aliud est animae genus divinum illud, et immortale, spiritus, et reliqui corporis forma universi p. 35, I, 29.

Itaque manifeste spatium ab entium mole diversum dari potest, et datur omnino ; et entia omnia in eo locata esse [...] inde praeerea intelligere licet, quod quae loco inesse oportere visa sunt, spatio insunt omnia : ens scilicet quodvis in ea spatii portione est, in qua locatum est, et quae ipsius est locus, et penitus [...] incorporeum, et actionis omnis, omnisque expertus cum sit operationis, aptitudo scilicet, quaedam modo ad corpora suscipienda, aliud nihil prorsus, proindeque entium nulli prorsus simile, dissimileve, aut contrarium, sed penitus ab omnibus diversum cum sit, nihilque a se ipso differat

Matière
Comme
opposition
des natures
qui opèrent.

Caractéris-
tiques
de calor,
frigus,
materia

Disposi-
tions de la
matière

Animal
Âme

Espace

usquam, sed unum, idemque sit universum, quavis in sui portione promptissime ens suscipit, quodvis et inexistens commotis, recedentibusque, aut expulsis, nihil ipsum commovetur, nullaque ipsius portio recedens sectatur ens ; sed universum perpetuo immobile permanet⁸, et succedentia suscipit entia ; in tantaque ipsius parte singula locantur, quanta ipsa sunt entia, et quamdiuvis ens quidvis quavis in parte immoretur, nunquam tamen haec illi, nec illud huic simile fit. p. 37, I, 25.

Aristote a raison quand il dit que c'est seulement par le mouvement que nous parvenons à connaître le temps, mais tort quand il dit que le temps n'apparaît qu'avec le mouvement: Cur enim, cum tempus, ut sit, entis nullius motus, immutatio praestet, sed per se existat, ab entium motu pendeat, et si nullus motus nullaque fiat immutatio tempus itidem esse, fluereque cesset ? p. 43. Tempus mora sit, duratioque, et spatium, at non super quo, aut per quod, sed in quo motus immutatioque fit omnis. Et motus temporis sit mensura, at non omnis, sed coeli modo, qui nimirum unus continuus est, et uniformis, p. 44. I, 29.

Aristote se contredit quand il présente la nature comme principium motus; elle est (également d'après lui – cf. la terre!) princ[ipium] immobilitatis. II, 5. p. 50 f.

5 Telesio

Calor et frigus sont des substances, non des accidents. Substantia [...] natura est, quae per se subsistit (p. 64). Accidens = entium conditiones, quae nihil ad ipsorum constitutionem, immutationemque conferunt, sed enti cuiusvis, nihil eo immutato passivo, inhi, demique possunt. p. 65. II, 20 (ff).

Le spiritus est nourri (refici) par la tenuitas du sang, le plexus retiformis, qui est l'artère la plus longue et la plus vaporisée ??, VI, 14, p. 245.

Plantarum corpori animam ut proprio tegumento, organoque inesse. Siège de l'anima: secundus cortex comme porteur de vie, bois = os, primus cortex = chair. Pour l'autre anima des plantes, analogiquement l'anima des animaux, seulement spiritus paulo crassior. VI, 26; p. 258.

Il faut décrire le modus, quo rerum, quae universae externa nimirum specie internisque viribus in spiritum agunt, speciem, naturamque, et motus percipit, quod sentire dicitur : tum et quo earum, quae vel externa modo specie, vel internis modo viribus spiritui innotuere, quod ignotum est percipit, quod intelligere dicitur : postremo et modus, quo ab iis, quae sentit, et quae intelligit cupiditatibus, odiisve, et aliis huiusmodi afficitur passionibus, et iuxta eas ad operationes commovetur, quae et ipsae bonae, pravaeque, et virtutum, vitiorumve, et prout vel illas operatur, bonus ipse, pravusve, et

⁸ Weil lit *remanet*.

virtutibus donatus, vitiosusve dicitur, et mensura insuper, qua recte ut operetur, probusque ut fiat sit, vel fiat, afficiendus est, commovendusque spiritus. VII, 1, p. 275.

Eas modo rerum actiones, aerisque, impulsiones iisque in partibus percipit spiritus, quae ad ipsum iis inexistentem perveniant; et quae ipsum nihil attingunt, nihil, eas⁹ sentit usquam – Nam quae dubio procul assidue in spiritu fit immutatio, et a qua ad corruptionem tandem agitur, et aliae multae, et bene eae magnae, et a quibus statim exitio spiritus detur, nullo interdum fiunt cum sensu [...] Superest itaque ut rerum actionum aerisque impulsio, et propriarum passionum, propriarumque immutationum, et propriarum, motuum perceptio sensus sit, et horum magis. Propterea enim illas percipit, quod ab illis pati se, immutarique, et commoveri percipit. VII, 2, p. 276.

Voluptas
(définition)

[...] voluptatem, quam sensilium actio spiritui affert, non alia ratione affert, nisi quod [...] spiritum ad motum, ad propriam scilicet agit operationem. – [...] Voluptas sensus est blandus iucundusque. VII, 3, p. 277.

Explication
mécanique
de l'acte
de perception

Les seuls effets des natures que perçoit l'esprit sont la raréfaction et la condensation. D'où: eas rerum naturas cum sentiat modo spiritus, a quibus patitur, immutaturque: utique ab iis, quae sentit, in amplius angustiusve agatur oportet. p. 278, VII, 5.

Tous les sens sauf l'ouïe se ramènent au contact. VII, 8. p. 282.

Optique

Num scilicet coloris genus, an lux proprium visus objectum et primo visile sit, et num rerum imaginibus ad videntem substantiam delatis, an ipsa ad illas egressa illarum species percipiat. (p. 291). VII, 17.

Patet utique lucem a coloribus, quos attingit, intingi omnibus. VII, 19, p. 292.

Vision

Comme la lumière pénètre partout et qu'elle se colore des couleurs de tous les objets touchés, la vue naît de la lumière, puisque le spiritus est dans les yeux à cause de la transparence de la cornée sur la pupille et la pupille elle-même par laquelle elle est mue VII, 19; p. 293, l'élargissement de la pupille montre que le spiritus est dans l'oeil etc. VII, 21; pag. 294.

Res porro omnes propterea percipiens spiritus, quod ipse ab omnibus patitur commoveturque, earum itidem similitudinem percipit, et dissimilitudinem. Quae scilicet idem in ipsum agunt, et a quibus idem ipse patitur, ut unum ea omnia, atque ut idem percipit, statuitque, at diversa, quae diversa agunt, et a quibus patitur diversa. *Ainsi, le feu ou la neige sont uns à cause de l'effet constant, l'homme par contre est composé de nombreux éléments.* At nec ea modo, quae tota ipsa similia

Formation de
concepts

⁹ Weil lit *ea*.

penitus sibi ipsis similia ~~sunt~~ unum, idemque omnia, et eodem in spiritum agunt modo, ut unum ea sentit spiritus, unumque ea statuit, sed quae etiam inter se in quibusdam differunt, si in quopiam conveniant, in

6 Telesio

eo ut unum illa sentit, et unum itidem illa statuit: id nimirum, quod idem agit, et a quo idem ipse patitur spiritus, eodemque commoveatur motu. Et ubi itaque quotvis intuetur homines, vel bene in multis inter se eos differentes, omnes tamen ut unum hominem sentit, unumque esse statuit : in eo scilicet inter se congruentes, convenientesque, et idem in eo ab illis passus, quo homines sunt, quatenus scilicet iisdem e partibus composita, iisdemque et operandi, et patiendi donati sunt viribus; sese scilicet commovendi, sentiendique facultate donati sunt, similitudinem nimirum intuetur spiritus, quae hominibus inest omnibus ab iis seorsum, quae illorum insunt singulis. *Ainsi l'animal naît, à partir du lion, du cheval, de l'homme, l'unité être vivant.* VIII, I, p. 313.

Imaginari
reminisci

Spiritum, quae sentit, imaginari, memorarique et reminisci.[...] Quin et (quod reminisci dicitur) rerum itidem, quarum cuiuspiam modo partis, et perexigua interdum cogniti servata est, eas etiam imaginari, et veluti ante oculos ponere potest spiritus, quarum memoria nulla superesse videtur : Motu enim, cuius cognitio servata est ; saepius, diligenterque recolens ad reliquos, quibus cum illo moveri solebat, veluti excitur, et quasi manuducitur. VIII, 2 ; p. 314.

Mémoire
(association ?)

Sic et entium reliquorum conditiones omnes, et entia omnino ipsa universa innotescunt, vel una modo ipsorum conditione manifestata, ubi ens inventum fuerit, cui inesse ea visa sit, et quod universum, cuius scilicet conditiones omnes spiritui perceptae sunt. (p. 315). Et quoniam quae percepta sunt, vel alba percepta sunt, vel non alba, quod album simul sit et non album, nullum omnino unquam, enti prorsus nulli ut quid sit et id non sit attribuere potest, sed omnia, aut esse quid, aut non esse id sentit (spiritus) (315 f.)

Connaissance
par analogie

De même,
principe de
contradiction.

Ratio omnino omnis, quae quid ponit, ex eorum id ponit similitudine, quae sensu percepta sunt, et quae quid reiicit, propterea id reiicit, quod iis, quae sensu percepta sunt, adversum id est, contrariumque ; nec alio modo, aliave ratione ulla intelligere licet quid, aut ratio ulla confici nobis potest [*] Itaque intellectionis cuiusvis principium, similitudo est sensu percepta. Intellectio vero ipsa (quae vere intellectio non est, sed (ut inferius dicitur) existimatio, vel potius commemoratio quaedam) sensus quidam, imperfectus nimirum, et per similitudinem ; non a re, quae intelligitur [...] sed a sensu factus, quem similibus a rebus fieri percepit spiritus. Et cuius cognitio, memoriaque, bene dum ei inhaeret, eius nimirum recollectio quaedam [...]. ~~Itaque intellectionis cuiusvis principium similitudo est sensu percepta ; intellectio vero ipsa (quae vere intellectio non est, sed [ut inferius dicitur] existimatio vel potius commemoratio quaedam) sensus quidam, imperfectus nimirum et per~~

Ratio et
intellectio
dépendantes
du
sensus

~~similitudinem ; non scilicet a re, quae intelligitur, [...] sed a sensu factus, quam similibus a rebus fieri percipit spiritus [...].~~ Itaque huiusmodi intellectio longe est sensu imperfectior. Id vero, et quae dicta sunt omnia (si quidem amplius declaranda videri possunt, ipso, ut videtur, percepta sensu) inde manifestissima fiunt omnia, quod non alia ullo, at ea modo, quae sensu modo percipi apta sunt, et percipi non possunt, seu remota occultave, aut languidissimis donata viribus, et quae, quod nihil nos immutant, nullum sui ipsarum sensum nobis faciunt, intelligere querimus; nec alia omnino ratione, quam eorum (ut dictum est), quae percepimus, ope, ac similitudine: et quod, quae sensu percipimus, aut percipi possunt, nihil ea ulterius ratione intelligere curamus, dignamurve, ut quae scilicet multo, quam ratione ulla intelligi queant, proximius percepta sint, praestantiusque. VIII, 3, p. 316.

[*]¹⁰ Siquidem conclusio omnis alicui innitatur, et ab aliquo pendeat, et contineatur in aliquo necesse est, quod admiserit vel statim admittat spiritus. Huiusmodi sensu perceptum sit, summe est necessarium.

Quoniam igitur magnitudines, et quae magnitudinibus insunt acciduntque, puncta, lineas, superficies, angulos, figurasque, res omnino tractat, valde a communi hominum sensu remotas, et quarum ne nomina quidem omnibus innotuere, et multae singulorum species sunt, his primum nomina indit, et quid singulae sint, solius sensus simplici opera usa ponit. Neque enim vel circulum, vel tri-

7 Telesio

Concepts

angulum ponens, vel horum speties, aliud agit, nisi quod quae circulo triangulisque, et illorum singulis inesse sentit, ea illis, illorumque singulis attribuit [...] Tum quoniam quaedam conficienda sunt, quae confici posse sensus ipse demonstrat, et ut confecta supponi nihil impedit, obstat nihil, at fieri posse, et confecta esse perucaci homini probari non potest [...], haec fieri posse, et ut facta esse postulat.

Postulats

Et quoniam insuper insuper [sic] quaedam quantitibus insunt, quae non quidem penitus percipit sensus, at quin perceperit, senseritque parum deest, et cuius rationem haberi nolit anima, quae itaque vel audiens, vel cogitans nullo admittit negotio, non secus, ac quae sentit, percepitque, nihil scilicet iis repugnantia, nihilque dissidentia, at longe simillima, paene et eadem, et quae denique esse nihil anima ambigat, si non sensu penitus percepta, at eo minus cuius (ut dictum est) rationem haberi nolit: haec quoque postulat; et si non talia sunt, nec postulanda sunt, postulat autem, vel

Principes

demonstrare impotens, vel negligens a sensu paene percepta [...] Ab et alia sunt, quae quantitibus inesse omnibus, omnibusque accidere nullus ignorat, nec qui quantitatem conspexit, ignorare potest ullus : veluti totum sui parte maius esse, et quae uni, atque eidem aequalia sunt, inter se aequalia

¹⁰ Ce renvoi par croix signale que ce passage devait s'intégrer dans le texte à l'endroit signalé à la page d'avant par une même croix.

esse, vel solo scilicet percepta sensu, vel eorum, quae sensu percepta sunt, similitudine, quae neminem latere queat, et quae nihil quaesita omnibus sese ipsa ostendat, aperiatque. Haec itaque quoque ponit, et sensu in singularibus percepta omnibus, universali attribuit magnitudinis naturae [...] His positus principiis, quae (ut visum est) vel a sensu habentur, vel ex iis, quae sensu percepti, pendent, nulloque innotescunt labore : ex horum similitudine, et ea, quae sensui ignota sunt, inquiri, et modo, qui dictus est, sentit. VIII, 4, p. 316/18.

At licet a simili mathematicae itidem conclusiones, veluti et naturales, conficiantur ; in eo certe naturales praestare videntur, quod a propriis hac principiis, et a propriis manant causis, at mathematicae a signo omnes, *car la somme des angles dans le $\Delta = 2$ angles droits, aussi sans angle extérieur. VIII, 5 ; p. 318, celui-ci n'est donc pas causa, mais signum. Mais le fait que l'eau s'évapore sous l'effet du feu résulte de la nature du feu en tant que causa. Les principes de la géométrie, comme ils se fondent sur le sensus, n'en sont pas moins certae quam verae.*

Quoniam igitur quae intellegimus eorum, quae sensu percepta sunt, similitudine intelligimus omnia, et intelligentes defatigamur, decipimurque, et eorum, quae intelleximus, obliviscimur : patet utique, vel si (ut alibi dictum est) non spiritus in homine, sed substantia, quae Dei est opus, intelligit, at spiritus certe opera, ministerioque, et quatenus ei immista, eiusque cognitionis veluti particeps facta est, eam intelligere, et (quod sacrae divinae litterae testantur) ne juxta propriam naturam operetur, terrena ab operatione eam turbari. *Car, sinon, illusion, fatigue, oubli seraient impossibles, et l'âme aurait connaissance d'elle-même, de Dieu et des substances divines, comme les âmes incorporelles d'après le témoignage du St. Esprit. VIII, 6, p. 319.*

La connaissance par similitudo pour les objets particuliers, la formation de concepts, les principes généraux (p. ex. le principe de contradiction, la géométrie et d'autres choses semblables) est simple. Universales itaque naturas, affectionesque satis intelligit spiritus singularia intuens, propinquissima scilicet, apertissimaque, et certissima similitudine, atque unica. At neque adeo propinqua, apertaque, neque unica omnino amplius, quod ignotum, occultumque sensui est [...] Multiplici igitur similitudine vel duplici saltem, et remota interdum, perobscuraque altera id intelligendum est. Quoniam scilicet non universam rem unquam, et quae penitus sensui ignota sit, intelligere quaerimus, at rei semper, cuius quid sensu perceptum est, id quod ignotum est ; vel scilicet ente noto eius naturam, actionemque, aut operationem inquirimus : vel harum aliqua nota, ens ipsum, et reliquas etiam eius condiciones : propterea ubi ipsum innotuit ens, illae vero ignorantur, motus, quibus simul cum eo, quo noto ab ente modo commovemur, olim commoti sumus, inquirimus ; iisque inventis, condiciones, a quibus facti ii sunt, enti quod habemus, attribuimus omnes [...] Et propterea omnino, quod eorumdem entium eadem perpetuo condiciones, actionesque esse visae

Âme divine
dépendante
du
sensus.

Connaissance
de l'inconnu
par
analogie,
qui s'appuie
sur
le principe de
causalité.

sunt, et conditiones, actionesque eadem iisdem inesse, et ab iisdem aedi entibus, et quae entis cuius-

8 Telesio

piam propriae sunt, nequaquam a se ipsis separari, dividique posse ; multis nimirum similitudinibus, et obscuris nonnullis, minimeque simplicibus. Lucidum videlicet, quod conspicitur, ignis videtur, quod lux communi ignis naturae attributa est : ad hoc factum, quod ignes singuli lucidi visi sunt. Quod igitur ignotum est, non una simplicique, et aperta intelligi potest similitudine, sed multis (ut visum est) et perobscuris nonnullis, et veluti duplicibus. Itaque cognitio non una, eademque videtur omnis, vere una cum sit, et rerum sensu perceptarum similitudine comparata omnis, et sensus omnino quidem omnis. VIII, 7, p. 320 f.

Decernitur itaque album omne dilatare, et nigrum omne constringere, sed non a visu, at ab alia homini inexistente substantia et quae albi, nigrique actiones minime ipsa percipit ; quod visus conferre, quae percipit, non possit : figmenta nimirum figmentis tegentes. Quae enim substantia album omne dilatare, et nigrum constringere vel statuere, vel cognoscere omnino possit, nisi quae a nigro constricta est ipsa, et ab albo dilatata ? Aut quae rationis ullius conclusionem, quae in assumptionibus omnino continetur, et quae necessario ex assumptionibus emanat, constituere, aut intelligere queat, nisi quae assumptiones percipit ? p. 328. Neque enim quispiam (reor) alium universalem hominem, magisque, aut minus singulari confusum percipit, ubi singularem aliquem intuetur ; alium vero, ubi per se illum animo concipit : sed unum ubique, modoque eodem singulari confusum, vel ab eo separatum. p. 329. – Satis haec (reor) sensum, quae sentit, conferre, et quae similia visa sunt, connectere, et universale omnino constituere Peripatetici declarant. At si amplius manifestari id expetant ; bruta, quae ipsis vocantur, id ipsis apertissime manifestant : quae solo ipsis praedita sensu, et universales naturas omnes, universalesque, quasdam cognitiones paulo forte, quam homines, habent minus. Neque enim quin hominem illa, et leonem, et animal etiam, plantamque, et huius ad illud differentiam, et ignem calefacere, aeremque, et aquas cedere dignoscant dubitare licet. Singularium scilicet quae percipit sensus, illorumque spetiei, actionisque memor confert illa inter se, et quae similia in illis conspecta sunt colligit, inque unum agit, et separat, quae diversa sunt. Ut superflue omnino alia ab Aristotele humanae animae indita videri possit substantia ; propterea indita, ut rerum similitudinem intueatur, colligatque. p. 329 (VIII, 12 ; p. 327 ff.)

Ultime
fondement
similitudo et
sensus

Concepts
formés à partir
du *sensus*.
Concepts non
donnés dans la
perception
(comme
détachés).
C'est ainsi que
les animaux ont
aussi des
concepts.

Âme (contre
Arist[ote]).
Corporelle,
puisque sinon
il n'y a pas
d'organes
possibles.

Ut enim incorporeus sit Aristoteli sensus, corporeo certe organo opus habet, et sine eo nihil Aristoteli sentire potest. Et intellectus itaque si sensus ministerio utatur, corporeo omnino utatur organo : quod (ut dictum est) minime Aristoteli placet. Tum neque modum (reor) explicent Peripatetici unquam, quo incorporea, nullique corpori haerens substantia, vel alterius fit ipsa organum, vel alia simili, aut re omnino ulla, ut organo utatur ; explicandum omnino. Neque enim adeo res a sensu dimota sola enunciatione contenta videri potest. Alius itaque Peripateticis modus, aliaque indaganda est ratio, qua intellectus singularia intelligat. Et nisi in sensus naturam illum agant, materialemque omnino faciant, numquam (ut mihi quidem videtur) illam inveniant. p. 330 ; VIII, 13.

Quoniam enim, quae homo sentit, et quae appetit, operationesque, quas juxta sensum, appetitumque operatur, non alia corporis pars, sed unus modo sentit, appetitque, atque operatur spiritus, et pravas huius appetitiones, operationesque, animae ab ipso creatae morte Deus punit : utique (ut superius dictum est) nisi propriorum operum osorem, inquam (!) [sic] Deum existimare velimus, necessario animam ab ipso creatam, et hominum singulis infusam, universo quidem singulorum corpori, ut Sacrosancta Ecclesia docet, a spiritui praecipue, ut propriam formam, inditam esse judicandum est, facultatemque ei tributam, quin munus impositum esse, ut (formarum reliquorum ritu, quae materiarum, quas subeunt, viribus reiectis corruptisque,

9 Telesio

et unum omnino illis factae propriarum actionum, operationumque ; potentes illas faciunt) anima itidem a Deo creata, et spiritui indita, proprium ei ingenium, propriosque inderet mores. Itaque non ulterius pravas, Deoque invisas sed probas, Deoque, gratas, et quae divinae animae propriae videri possent, operetur operationes. p. 333. Itaque quoniam quae in homine ratiocinatur substantia ex anima a Deo infusa, et e spiritu e semine educto (qui sui natura rationalis non est) e divina nimirum, immortalique altera, et e sensili, mortalique altera composita est substantia et (p. 333) [...] At incusandi [Peripatetici] videri possunt, quod non et intelligendi vim duplicem fecere, sed eam omnem unam, eandemque posuere, et confuso nomine intellectum appellarunt. Manifeste enim bene a se ipsa diversa cum sit (quod nobis factum est), distinguenda omnino erat : et altera uni homini indenda quae scilicet uni ei ab anima a Deo creata indita erat, et qua (ut dictum est) divina, immortaliaque, et quae ad aeternam sui ipsius conservationem spectant, intelligit : altera spiritui etiam tribuenda, qua is sensiles modo res et quae ad praesentem modo sui ipsius conservationem pertinent, intelligit, ignotas nimirum rerum conditiones ex earum similitudine, quae in ente penitus sensu percepto innotuere, percipit : quam non hominum modo, sed multorum etiam animalium spiritus sertitus videtur, proptereaque in iis non ratiocinandi, intelligendique (quomodo, quae animae a Deo creatae, quae una vere rationalis est, inest, appellatur) nuncupanda est, sed existimandi, cognoscendique, vel, si placet, commemorandi. Nam occultarum rerum inquisitio, inventioque

Âme divine,
Exclusivement
éthique,
puisque la
pensée est
l'affaire du
sensus.

Il manque
aux animaux
la
connaissance
divine
(éthique).
Pensée
du *sensus*
seulement
une
sorte de
souvenir.

commemoratio quaedam est. Manifeste enim (ut visum est) quae ignotum quid inquirat substantia, non aliud operatur, sed quae in ente, quod non universum innotuit, notas habet conditiones, quo in ente penitus ei noto conspectae sunt, commemoratur. Quoniam igitur duplici intelligendi facultate praeditus est homo, proindeque non sensibile tantum, apparensque bonum, sed verum etiam, aeternumque intelligit; et horum alterum contrarium interdum apparet alteri; et homo ad utrumque appetendum liber est, liberumque arbitrium habere dicitur: si, quod vere bonum est, eligit, meretur, sin malum, demeretur. Id reliquis animalibus evenire non potest. Unum enim modo bonum cum cognoscant, idque modo cum appetant, proindeque ad id modo cum ferantur, nec mereri, nec demereri possunt. Itaque ubi sacrae divinae litterae intellectum animalibus demunt, intellectum iis demunt, quem anima a Deo creata hominibus indit, non eum, qui vere intellectus non est, sed (ut dictum est) veluti commemoratio quaedam, et qui animalibus inesse videtur. (p. 333 f.) VIII, 15.

Non modus scilicet, quo res cognoscuntur, sed ipsae intuendae sunt res. Eaedem enim quae sunt, eidem omnino substantiae cognoscendae, percipiendaeque Aristoteli praesertim sunt. p. 334. Res igitur, in quibus haeret, et a quibus, et ad quas transit anima, et quas insuper ratiocinatione inquirat, intelligitque, inspiciendae; et si eadem visae sint omnes, substantiam omnino eandem manere, haerere et transire, sentire nimirum, ratiocinarique existimandum est. ~~At est.~~ At nihil prorsus differre illae omnes videntur, sed omnes sensibiles esse, et sensu comprehensae esse omnes, vel comprehendi saltem posse. Transitus scilicet qui fit, a re (ut dictum est) fit, cuius quid sensu perceptum est. p. 334 f. [...] Nihil igitur usquam videre est, quod non sensibile, et quod etiam sensu perceptum non sit, nisi id modo, quod inquiratur. p. 335. [...] Veluti ubi attingere quid expetit anima, minime eo conspecto acquiescit, sed ardentius etiam interdum attingere studet nititurque. Ut liquido pateat, eandem et sentire et ratiocinari substantiam; intellectionemque (ut dictum est) sensu esse posteriorem, p. 335. - - Non igitur quae ratiocinatur substantia a sentiente diversa ponenda est, quod quae ratiocinatur substantia ab alio ad aliud transeat, haereat vero, quae sentit, immoreturque; sed eadem omnino et sentire et ratiocinari, quod eadem res et sentiuntur, et intelligantur, et ubi sentiuntur, nihil eas intelligere curat anima. p. 335. (VIII, 16).

Connaissance !
Elle part des
objets,
puisque ceux-ci
sont tous
sensoriels, tous
deux en accord
et une
substance une.